

posset, contra illos odio et rancore conceptis praefatos Petrum praepositum et Franciscum ac canonicos qui tunc erant dicti monasterii ad deferendum etiam extra dictum monasterium capas huiusmodi, quas temporibus praedictis in choro gestare consueverunt, diversis per eum super hoc eis factis mandatis praeviis compulit ipsique Petrus praepositus, Franciscus et canonici habitu per eos tunc gestari consueto huiusmodi dictorum mandatorum ac in eis contentarum poenarum metu derelicto alium habitum videlicet caparum huiusmodi assumentes illum ex tunc gestaverunt prout gerunt etiam de praesenti. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat praefati alii canonici dicti ordinis extra eorum monasteria similes capas deferre non consueverunt ac in huiusmodi per fratres praedictos deferri solitis capis nulla vel saltem modica appareat differentia dictique Petrus praepositus et Franciscus et canonici praedicti monasterii sancti Thomae habitum caparum ex eo, quod ex illius gestatione ab aliis, quibus in regulari observantia sunt conformes, diversi habitus videantur, pro parte Petri praepositi, Francisci et conventus praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut huiusmodi mandata relaxare nec non eis, quod huiusmodi per eos derelictum et ab antiquo gestari solitum habitum reassumere et gestare ac alias super iis eorum statui providere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur de praemissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuae per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus vocatis dicto episcopo et aliis qui fuerint evocandi super praemissis omnibus auctoritate nostra te diligenter informes, et si per huiusmodi informationem ita esse repereris, mandata praedicta eadem auctoritate nostra penitus relaxes nec non Petro praeposito, Francisco et canonicis dicti monasterii sancti Thomae et eorum successoribus, ut habitum praefatum nigri coloris duntaxat, quem ab antiquo iuxta statuta et consuetudines dicti monasterii sancti Thomae praefati praepositus, prior et canonici qui fuerunt pro tempore monasterii sancti Thomae praedicti tam in dicto eorum monasterio quam extra illud incedendo deferre consueverunt, reassumere illumque deferre et gestare valeant libere sicut prius, nec ad cuiuscunque alterius gestationem habitus possint per quempiam molestari eadem auctoritate concedas, non obstantibus constitutionibus apostolicis ac aliis contrariis quibuscunque. Datum Romae apud sanctum Petrum II. Idus Maii pontificatus nostri anno nono.

Nach dem Registrum copiarum fol. 129<sup>b</sup> im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

No. 198. 1426. 13. Aug.

*Probst und Convent verpflichten sich zur Abhaltung der von Margaretha Bantzschmann gestifteten Jahrgedächtnisse und nehmen die Stifterin, welche auch sonst gegen das Kloster sich mildthätig erwiesen, in die Gemeinschaft ihrer guten Werke auf.*

Wir Peter von Radeburg prabst, Franciscus Aldinburg prior, Matheus eustos vnde die ganze sampnunge gemeyne der regeler zeu senthe Thomyße zeu Lipczk bekennen —, daz wir der erbern frouwen Margarethe Banczmannyne eynen rynischin gulden vnde czwene nuwe grosschin ewieges czinses in vnsern gewisten prob-